



Kern 86
(1-54; a-g)

(26)

CONSPECTVS LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCLIV.

OCVPABVNTVR

PRO-RECTORE

D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAIEST. BORVSSIAE CONSILIARIO AVLICO ET CONSISTO.
RII MAGDEBVRG. SENIORE, FACVLTATIS MEDICAE SENIORE,
PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESSORE PVBLICO PRIMARIO, ALVMNORVM REGIORVM
EPHORO SENIORE, INCLYT. REIPVBL. NORIBERGENS. PHYSIC. ORDIN. SENIORE,
VARIAR. SOCIET. SCIENT. SODALI,



P. P. D. XII. APRIL. MDCCLIV.



HALAE SALICAE, LITTERIS HENDELIANIS.

Lectiones Pro-Rectoris.



MICHAEL ALBERTI. *Medicis* Praelectionibus *Publicis* Morbos animi, cum corpore connexos, explicabit. *Privatum* officio *Pathologici* vniuersalem continuabit; *Semioticam*, cum *Praxi* coniunctam, inchoabit. In *Physicis publicis* Doctrinam de *Motu* eiusque *effectibus* physicis, ad institutiones *Syſtematis* ſui *Phyſici* cap. III. tradet.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS vltimos *Chriſti* ſermones ex *Ioanne* interpretabitur. *Paraneticis* praelectionibus ex *pastoralibus* *Pauli* *epiſtolis* deprimet ea, quae inprimis conuenire auditoribus iudicabit; *asceticis* vero priorem *epiſtolam* ad *Theſſalonicenſes* more conſueto tractabit.

CHRISTIAN. BENED. MICHAELIS publice hora III. a meridie *S. Ioannis* *Apoſtoli* *calypſin*, diſſicillimum quidem ſed & ponderoſiſſimum *librum*, interpretabitur, eaque finita vtramque *epiſtolam* *Pauli* ad *Theſſalonicenſes*. *Privatum* hora IX. *chaldaizantes* *libros* *Danielis* & *Eſdrae*, hiſque abſolutis *Pſalmos* *Dauidis* explicabit.

SIGISM. IAC. BAUMGARTEN b. c. D. h. VIII. priorem partem *theologiae dogmaticae* explicabit; h. XI. *hiſtoriam* *coetuum ſacrorum* & *ſectarum* *religioſarum* enarrabit; h. XIII. *libros ſymbolicos* ad ductum *editarum* *annotationum* in eodem illustrabit; h. VI. *tribus* *hebdomadum* *diebus* *prioribus* *epiſtolas* *Pauli* ad *Theſſalonicenſes* interpretabitur; duobus vero *exercitationeſ* diſputandi in *theol. dogmat.* continuabit publice.

IO. HENR. CALLENBERG ſicut huc vsque conſuevit, ita perget, pro auditorum *delectu*, *libros* *V. Teſtamenti*, qui reliquis plus *difficultatis* habent, *ſtudioſe* *declarare*, *applicando* eorum *ſermone* *hebraico*. *Abſoluta* *proxime* *Salomona* *eorum* *ſcriptorum* & *Ezechielis* *inde*, a *Cap. XXIII.* ad *finem* vsque *explanatione*: nunc *Prophetas* *minores* *pertractabit*. Ad haec in *exercitatione* *Antiuudaica*, duce b. *ZELTNER* *ſcripto*, *progreſſe* *dietur*.

IO. GEORG. KNAPP, h. VII-VIII. *matutina* *Theologiae* *dogmaticae* *curſus* *auſpicabitur*, *primamque* *illius* *partem* *b. c. D.* *hac* *aetate* *pertractabit*. *H. x-xi.* *prioribus* *hebdomadum* *diebus* *praecepta* *hermeneutica* *tradet*, *poſterioribus* *vero*, *interpretando* *libro* *aliquo* *biblico* *in* *tempore* *indicando*, *ad* *uſum* *transferet*. *Die* *Domini* *denique* *h. v-vi.* *in* *tractatione* *aeſtica* *epiſtolarum* *apocal.* *perget*.

IO. SAL. SEMLER praeibit *epiſtolas* *Ioannis*; *introductionem* *in* *N. Teſt.* & *ad* *uſum* *lectionem* *Patrum*. *Idem* *lubens* *aderit* *iis*, *qui* *potiores* *cum* *Pontificiis* *controverſias* *diſputando*, *exerceri* *voluerint*.

IURIDICAE.

D. IACOBVS GABRIEL WOLF, i. e. *publice* *Iuriſprudentiam* *ſuam* *naturalem*, *tum* *privatam*, *tum* *publicam* *hora* *XI.* *ſex* *per* *hebdomadem* *diebus*; *privatam* *vero* *hora* *IX.* *Celeb. IO. IAC. MASCOVII* *principia* *iuris* *publici* *Inſp. Romano* *Germanici*; *hora* *III.* *elementa* *ſua* *iuris* *feudorum*, *tum* *Imperialium*, *tum* *provincialium*, *vberioribus* *commentationibus* *ſuis* *diligenter* *illoſtrabit*. *Initium*, *finitis* *nundinis* *Lipſibus*, *A. S. N.* *facturus*.

IO. TOBIAS CARRACH *privatum* 1) ad *LVDOVICI* *Doctrinam* *Pandeſtarum* *horis* *conſuetis*, *nec* *non* 2) ad *Perill. I. S. F. BÖHMERS* *Elementa* *Iuriſprud. Criminalis* *commentabitur*, *atque* 3) *Iuriſprudentiam* *Feudalem* *tradet* *cuius* *ducem* *vna* *cum* *horis* *huc* & *collegio* *iuris* *Criminalis* *commodis* *propediem* *ex* *valuis* *publicis* *indicabit*. 4) *Collegio* *Proceſſuali* *elaboratorio* *ſive* *Ciuili* *ſive* *Criminali* *horis* *conſuetis* *inferuet* *illis* *Onis* *Auditoribus*, *quibus* *cum* *eo* *hac* *de* *re* *ante* *collegiorum* *initium* *conueniet*.

DANIEL NETTELBLADT *publice* *diebus* *Saturni* *hora* *II-III.* *doctrinas* *ad* *ius* *criminale* *pertinentes*, *quae* *in* *pandeſtis* *Schaumburgianis* *obuiaſe* *sunt*, *explicabit*. *Privatum* 1) *hora* *IX-X.* *ius* *naturae* *ad* *ductum* *ſui* *ſyſtematis*; 2) *hora* *X-XI.* & *II-III.* *vniuerſae* *iuriſprudentiae* *poſitivae* *elementa*, *ad* *ſuum* *ſyſtema* *iuriſprudentiae* *poſitivae*; 3) *hora* *XI-XII.* *ius* *feudale* *praeunte* *STRVVI* *in* *elementis* *iuris* *feudalis*, *quorum* *nova* *editio* *iam* *ſub* *prelo* *ſudat*; 4) *hora* *II-III.* *ius* *germanicum* *privatum* *duce* *RÜTTERO* *in* *elementis* *iuris* *germanici* *privati* *hodierni*, *tradet*.

PHIL. IAC. HEISLER *per* *ſemestre* *aeſtuum* *interpretabitur*, *hora* *VI-II-IX.* *ENCAVII* *Elementa* *iuris* *criminalis*, *hora* *X-XI.* & *II-III.* *LVDOVICI* *Pandeſtas*, *hora* *XI-XII.* *HEINECCI* *Inſtitutiones*.

MEDICAE.

IO. IVNCKER *lectionibus* *publicis* *chirurgiam* *fundamentalem* *docere* *perget*, & *quia* *ſectio* *prima*, *quae* *de* *tumoribus* *agit*, *ad* *finem* *iam* *perducta* *eſt*, *alteram* *de* *vulceribus* *incipiet* & *duodecim* *illorum* *ſpecies* *illoſtrabit*. *Horis* *privatis* *therapiam* *generalem* *cum* *adpertenentibus* *materiis* *medicis* *inchoabit*. *Privatiſſimis* *autem* *horis* *exercitationes* *clinicas* *cum* *proueſtoribus* *conſueto* *more* *continuabit*.

ANDREAS ELIAS BVCHNER *publicis* *in* *praelectionibus*, *diebus* *ac* *horis* *conſuetis*,

tis, commentabitur in *Joann. Bernh. de FISCHER* nuperrime editum Tr. de *Senio eiusque morbis*. Privato studio hora VII. ad VIII. fundamenta *Semiologiae*; hora VIII. ad IX. & X. ad XI. *Therapiam specialem*, unacum necessariis regulis & cautelis practicis, in morborum curationibus obseruandis; hora vero XI. ad XII. *Pathologiae generalis* fundamenta, explanabit, horumque laborum initium faciet d. XX. Maii.

FRIDERICH HOFFMANN publice, hora IX. - X. collegium diætereticum, in quo ager de vita & sanitate conseruanda, recto rerum non-naturalium vsu, inchoabit, priuatim vero hora II. - III. collegium chymicum experimentale incipiet. Initium harum lectionum erit finis instantibus nundinis Lipsiensibus die XX. Maii.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publice hora XI. perget in explicatione primarum *physiologiae* linearum Ill. HALLERI. Privato studio hora II. duce MANNINGHAMO tradet fundamenta *artis obstetricariae* theoretico-practica, & praecipuos *mulierum ac infantum* morbos pertractabit: hora III. autem in B. PLATNERI *institutiones Chirurgiae tum medicae tum manualis* commentabitur, modumque *operationes* institueadi, in cadaueribus ostendet.

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIAN. BENED. MICHAELIS hora VII. matutina Grammaticam Ebraicam & doctrinam de Ebraeorum accentibus explicabit, vsurus utramque in rem Filii sui institutionibus grammaticis & accentuatoriis. Interpretationi Danielis & Esdrae supra indicatae hora IX. praemittet manu ductionem in Altingii Synopsin Institutionum Chaldaearum, seorsim heic editam a Cl. Ioanne Simonis.

IO. IOACHIMVS LANGE publice h. VII. matutina *Matbesin puram* demonstrabit: priuatim h. I. *Physicam* & h. IV. *Chemiã* utramque dogmaticam & experimentalem explicabit. Iis etiam inferuire studebit, qui Collegium de *Rationibus Oeconomicis* ad synopsis titulo: *Entwurf einer Anleitung zu Oeconomischen Rechnungen überhaupt und insbesondere zu Administrations-Rechnungen und Anschlägen der Landgüter* extantem, & sic dictum *Oeconomicum Halense* ad normam *der Grundrisses wie man sich die und um Halle vorkommende Naturalia und Artificialia zum künftigen Nutzen im gemeinen Leben bekannt machen solle*, desiderant. Hae lectiones die XX. Maii inchoabuntur. *Geometria practica* differtur ad diem XV. Iunii.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER in publicis recitationibus illam Physices partem, quae *meteorã* complectitur, seorsim explanabit; priuatim autem occupatus erit in tradendis & explicandis *Physices dogmaticae* fundamentis, diesque ac horas, operis his designandas, consueto tempore e valuis publicis indicabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG tradet a X. - XI. *Historiam Vniuersalem* duce PUFENDORFIO, optimo prudentiae ciuilis magistro, & ad pragmaticam illustrium factorum cognitionem acquirendam maxime idoneo: ab XI. - XII. *Historiam Imperii Germanici* ad STRUVIUM, vsum & praestantiam historiae imperialis in Iuris Publici prudentia luculentissime ostensurus, nec in aliis defuturus commodis literatae iuuentutis, siquidem per insignem semestris breuitatem licuerit. Initium Deo propicio facturus finitis nundinis Lipsiensibus d. XX. Maii.

IO. HENR. CALLENBERG in schola theologica vsum simul Philologiae ostendet: praeterea in *regulas* prudenter tractandi *Studii theologici* generales, praeuente b. FRANKII *Methodo*, & Historia literaria in subsidium vocata, commentabitur.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ publice commentabitur in *Iust. Christ. DITTMARI Einleitung in die oeconomiche, Policy und Cameralwissenschaften*, horam huic labori tributurus, quae Commilitonibus commodissima visa fuerit. Priuatim h. IX. - X. *Metaphysicam* enucleabit, praeuente Perillustr. L. B. de WOLE; h. X. - XI. *fundamenta linguae sanctae* vna cum *doctrina accentuum* tradet, DANZIUM secuturus. H. II. - III. *Logicam* Wolfianam denno explicabit; & denique h. III. - IV. *Philosophiam moralem* eodem duce proponet.

GEO. FRID. MEIER interpretabitur hor. IX. - X. *Ethicam philosophicam Celeb. BAUMGARTEN*, III. - IV. *Logicam* ad ductum compendii sui. Priuatissime docebit metaphysicam, & publice habebit collegium disputatorium.

EXTRAORDINARIAE.

ADAM STRVENSEE theologiam moralem hora IX. matutina ita docebit, vt auditores veritates practicas non solum recte atque ordine discant, sed easdem etiam in vsus suos conuertant, atque in ecclesiae salutem olim referant: hora III. pomeridiana oratoriae sacrae praecepta tradet, exercitiaque homiletica cum commilitonibus in templo Viriciano instituet: praelectiones quoque aeternas hora VI. vespertina diei martis sedulo continuabit.

GOTTLIEB ANASTAS. FREYLINGHAVSEN, in *dicta scripturae S. classica* quae Theologiae dogmaticae inferuiunt commentabitur, subiunctis eorum vindiciis ad studiū polemicū adiumentum. Praeterea *ciuitatis christianae antiquitates ritusque sacros* illustrabit,

frabit, & in doctrina sacra disputando examinandoque repetenda ac confirmanda perget. Horas iusto tempore valuae publicae dabunt.

D. IO. FRID. IOACHIM hora VIII. mat. B. HEINECCI *Historiam iuris Romani & Germanici* exponet; hora IX. Illustris M A S C O V I I *principia iuris publici explicabit*; hora XI. HEINECCI *Elementa iuris civilis secundum ordinem Institutionum adornata, interpretabitur.* A meridie vero hora III. *Historiam sacri Romano-Germanici Imperii, ad filium compendii sui, Einleitung in die Reichshistorie, tradet, & hora IV. Historiam vniuersalem regnorum Europae, ad seriem introductionis suae, Einleitung in die Geschichte der Europäischen Staaten und Königreiche, enarrabit.* Denique hora I. diebus Mercurii & Saturni *Heraldicas amoenitates* propinabit, ducem sequutur WEBERVM, in examine artis Heraldicae.

CAROL. FRID. PAVLI Hora IX. *Historiam Imp. R. Germ. ad SCHMAVSSII historisches Ius Publ. x. & II. Notitiam Statiticam Rerumpubl. Europ. XI. Notitiam Statiticam Imp. Rom. Germ. IV. Historiam Vniuersalem ad GEBAVERI Grundriß illustrabit.* Priuatim diebus Mercurii & Saturni hora I. *Notitiam Nobilitatis Superioris & Inferioris Germ. nach seiner Einleitung in die Kenntniß des hohen und niedern Adels demonstribit, nec deerit iis qui Historiam Silesiae desiderabunt.*

IO. PHILIPP. CARRACH hora, de qua cum auditoribus nomina ante recitationum incitium dantibus ipsi conueniet, principia summa oeconomiae generalis, politicae, rerum cameralium & iuris, quod ea concernit, ad filium thesium calamo mandandarum tradet, hora VIII. matut. doctrina iuris canonici & ecclesiastici duce B. D. N. BOEHMER fungetur, hora XI. *Iurisprudentiae civilis Romanae, Germanicae & Brandenburgicae capita ad ordinem Institutionum HEINECCIO facem praefereute explicabit, nec non collegio disputantium sabbatino separatim indicendo vacabit.*

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE 1) hor. x. & II. LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum, 2) hor. XI. vero HEINECCI Elementa iuris civilis secundum Ordinem Institutionum interpretabitur.* Tandem 3) *exercitium disputatorium aut publice aut priuatim instituendum idem desiderantibus offert.*

D. HENR. CHRISTIAN. ALBERTI hoc semestri aestiuo h. c. Deo priuatim diebus Lunae, Marris, Iouis & Veneris hora VIII-IX. *Botanicam i. e. doctrinam de plantis, praecipue medicamentosis, quotquot earum circa Halam nostram inueniuntur, explanabit; potissimum autem officinalium specierum, quoad principia & vires accuratiorum illustrationem suppeditabit: non omisiss exoticis quibusdam, hioloci saltem reperundis, quo labor iste iucundior euadat auditu.* Publice vero die Saturni hora VIII-IX. *Differentiam Foliorum, Caulium & Radicum illustrabit.* Excursionis botanicas hora III. inchoabit. Incitium erit die xx. Maii a. c.

D. FRID. LEBER. SVPPIRIAN publice infantum adfectus praeleget; priuatim autem physiologiam & pathologiam generalem ad ductum b. s. CHVLZII explicabit.

CHRISTOPH. CAR. STRVMPFF publice Hydrologiam experimentis chemicis illustrabit. Priuatim Chemiam medicam experimentalem, Botanice & Materiam medicam tradet; forte etiam Formulas praefcribendi ac componendi artem suppeditabit.


D. ERN. ANT. NICOLAI publice hora I-II. aphorismos BOERHAAVII de vulneribus explicabit, priuatim vero hora IX-X. physiologiam, hora X-XI. pathologiam tam generalem quam specialem, hora XI-XII. semioticam & hora II-III. materiam medicam docebit.

F. C. IVNCKER officio clementissime sibi demando satisfacturus diebus Lunae, Marris & Iouis, hora III-IV. doctrinam de Formulis conscribendis publice explicabit. Priuatim X-XI. Physiologiam & II-III. Pathologiam docebit. Diebus autem Mercurii & Veneris horis III-v. Collegium disputatorium aperiet. Quarum Lektionum, fauente Deo, incitium erit die xx. Maii.

D. IVST. ISR. BEYERVS, diuina fauente clementia, per hoc semestrem aestiuum, 1) *instinetur cursum philosophicum; redintegrit 2) epistolographiam & 3) oratoriam; tandemque 4) fundamenta linguae latinae monstrabit.* De quibus occupationibus horisque eis impendendis plura coram. Quod reliquum est, omnibus ac singulis, qui *carmina, orationes, epistolas* aliaque scripta desiderabunt, promissimus semper erit paratissimusque.

CHRISTIANVS WEBER hora VII-VIII. matutina Perill. L. B. de WOLFF *Institutiones Iuris naturae & gentium* interpretabitur: ne autem tempus ad omnia debite explicandum ipsi deficiat, horam v-vi. pomeridianam per tres priores hebdomadis dies tam diu in subsidium vocabit, quam illa opus habebit. Porro eiusdem *Metaphysicam* hora IX-X. & *Matbesin puram* hora III-IV. explicabit. *Logicam* denique B. CORVINI hora II-III. iterum exponet.

D. IO. PET. EBERHARD, publice exercitationes disputatorias, die Saturni h. I-II. continuabit. Priuatim vero, h. VIII-IX. *Matbesin puram, h. IX-X. Matbesin applicatam* duce Perill. L. B. de WOLFF: h. I-II. *Physicam dogmatico-experimentalem in proprium compendium, & h. II-III. Physiologiam* in compendium *Hoffmannianum* interpretabitur, cui iunget conspectum proprium Physiologiae & Dieteticae.



(26)

CONSPECTVS LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCLIV.

OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE
D. MICHAELE ALBERTI,
SACR. MAIEST. BORVSSIAE CONSILIARIO AVLICO ET CONSISTO.
RII MAGDEBVRG. SENIORE, FACVLTATIS MEDICAE SENIORE,
PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESSORE PVBLICO PRIMARIO, ALVMNORVM REGIORVM
EPHORO SENIORE, INCLYT. REIPVBL. NORIBERGENS. PHYSIC. ORDIN. SENIORE,
VARIAR. SOCIET. SCIENT. SODALI,



P. P. D. XII. APRIL. M



HALAE SALICAE, LITTE

